

ETA SIGMA PHI 68th Annual Latin Translation Contest (2018)

Advanced Latin

To be written as an examination, under supervision, within a maximum of two hours. No lexicon or other help is permitted. Please write in ink on every other line of the paper provided. The only identification on the contest papers should be your pen name.

Tacitus recounts when Germanicus and his army stumble upon an old battlefield in the Teutoburg Forest where Roman legions, led by P. Quinctilius Varus, were brutally slaughtered by Germanic forces ...

Igitur cupido Caesarem [Germanicum] invadit solvendi suprema militibus ducique, permoto ad miserationem omni qui aderat exercitu ob propinquos, amicos, denique ob casus bellorum et sortem hominum. praemisso Caecina, ut occulta saltuum scrutaretur pontesque et aggeres umido paludum et fallacibus campis inponeret, incedunt maestos locos visuque ac memoria deformis. prima Vari castra lato ambitu et dimensis principiiis trium legionum manus ostentabant; dein semiruto vallo, humili fossa accisae iam reliquiae consedissee intellegebantur: medio campi albertia ossa, ut fugerant, ut restiterant, disiecta vel aggerata. adiacebant fragmina telorum equorumque artus, simul truncis arborum antefixa ora. lucis propinquis barbarae arae, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones mactaverant. et cladis eius superstites, pugnam aut vincula elapsi, referebant hic cecidisse legatos, illic raptas aquilas; primum ubi vulnus Varo adactum, ubi infelici dextera et suo ictu mortem invenerit. [...] igitur Romanus qui aderat exercitus sextum post cladis annum trium legionum ossa, nullo noscente alienas reliquias an suorum humo tegeter, omnes ut coniunctos, ut consanguineos, aucta in hostem ira, maesti simul et infensi condebant.

Vocabulary and Notes:

Line 1	<i>suprema, -orum</i> n. pl.	funeral rites, offerings
Line 3	<i>Caecina, -ae</i> m. = A. Caecina Severus, legate under the command of Germanicus	
	<i>saltus, -us</i> m.	woodland glades
	<i>scrutor -ari -atus sum</i>	to search for, explore, investigate
	<i>agger, aggeris</i> m.	heap, mound; dam; causeway
Line 4	<i>palus, paludis</i> f.	swamp, marsh
Line 5	<i>ambitus, -us</i> m.	edge; circumference
	<i>principia, -orum</i> n. pl.	headquarters
Line 6	<i>semirutus -a -um</i> adj.	half-ruined, -demolished
	<i>vallum, -i</i> n.	rampart; entrenchment
	<i>accido, -ere, accidi, accisus</i>	to cut off; reduce; weaken
Line 8	<i>artus = membra</i>	
	<i>lucus, -i</i> m.	grove
Line 9	<i>macto</i> (1)	to sacrifice, slaughter
	<i>superstes, superstitis</i> adj.	surviving
Line 11	<i>ictus, -us</i> m.	blow, stroke
Line 14	<i>infensus -a -um</i> adj.	hostile, enraged